SG


RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XV-XVI.e S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS











La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du Nouveau monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. – mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques.

C'est le no 4 de ma Biblioth. Amer. Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6
puis pièces 1 à 30.

P. 1 – – Daté de 1522. }
2. – id –
3. circa 1522
4 – –
5 } – –
6 } Daté de 1522 }

Ces six premières pièces forment les ffts. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 – Pellechet 4090
2 (7) – 416 – 3230
3 (8) – omis – omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 – 5060 et un 4e ex. OE XV. 351 p. 12).
4 (9) Daunou 718 – 3862
5 (10) – 465
6 (11) – 675
7 (12) – omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 p. 27 667 – 1686)
8 (13) Daunou 710
9 (14) – omis – omis
(cf. OE XV. 351 p. 22 671 – 5019)
9* (15) – omis –
(cf. OE XV. 351 p. 23 669
9** (16) – omis
(cf OE XV. 351 p. 28 673
10 (17) – 653
11 (18) – 665
12-13 (19) – 674 Pellechet 2048
14 (20) – omis
(cf OE XV. 351 p. 29 712
15 (21) – 461 Pellechet 4816
16 (22) – 588 – 4433
17 (23) – 590 – 2836
18 (24) – omis mais sous le n° 832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erre
19 (25) – 534
20 (26) – 792
21 (27) – 419 coté à tort [351] ?


T.S.V.P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

n.° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb



¶Sermo habitus Rome in ecclesia sancti Petri in die palmarũ anno dñi·M·cccc·xcv·coram sanctissimo in xp̃o patre ꝛ dño nostro dño Alex-andro diuina prouidentia papa·vj·in publicatione cõfederationis inite inter ipm̃·ac Romanoꝝ ꝛ hispanie reges· Venetoꝝ qꝫ ac Mediolaneñ· duces per reuerendũ dñm Leonellũ de Chieregatis decretoꝝ doctorem episcopum Concordieñ· ac sanctitatis sue referendarium domesticum



Ata est mihi omnis potestas in celo ꝛ in terra Transiturꝰ ex hoc mundo ad patrem saluator noster discipulos cõmonefaciens euangelica voce proclamat pontifex Alexander maxime· Quam potestatem ne gregem suum suo preciosissimo sanguine redemptum absqꝫ pastoris regimine destitutum relinqueret in beatum Petrũ apostoloꝝ principem·per eumqꝫ in successores eius Romanos pontifices transferens inquit· Pasce oues meas· duplicem pascẽdi modum vnico verbo complexus· Nam sicut ante passionem ad ipsum redemptorem dixerat Petrus· Ecce duo gladij hic·spiritalis scilicet ꝛ temporalis penes ecclesiam· Ipseqꝫ non nimis sed satis esse respõderat· Ita christus post resurrectionem ascensurus in celum duos pascendi siue regendi dominicas oues modos spiritalem videlicet ꝛ temporalem ipsi Petro ac successoribus eius vicarijs suis demandasse non ambigitur· Verum quia tãto prestantiora sunt spiritalia temporalibus·quanto preciosior ẽ anima q̃z corpus· Ideo spiritalibus ꝛ animarum saluti feruentius incumbens huius prime atqꝫ sanctissime sedis antistes tẽporalis gladij quẽ nihilominus in vaginam conuersum sibi retinuit· executionem imperatoribꝰ et principibus seculi delegauit· At cum spiritalia sine temporalibꝰ ꝛ cõtra diu nequeant perdurare debent hij duo gladij quandocunqꝫ opus fuerit se mutuo coadiuuare· Is quidẽ ab ecclesia exerendus· Ille vero pro ecclesia ad summi pontificis nutum manu principum ac militum robore exercendus vt prauis hominibus vindicatis· collaudatisqꝫ probis totum corpus ecclesie orthodoxa in fide ꝛ tranquilla pace·que precipua est Romanoꝝ pontificum cura diligentissime custodiatur ꝛ conseruetur· Translata est in te diuinitus celestis hec ꝛ terrena potestas pater beatissime q̃z primum sicut fuisti ob preclaras animi ꝛ corporis dotes· decantatasqꝫ non multo ante ab eloquentissimis oratoribus inclitas laudes cõcordi canonicaqꝫ huius amplissimi ordinis electione vnanimiqꝫ totius christiani orbis consensu ad hoc sacruz apostolicum solium es sublimatus· Ab eo itaqꝫ tempore semper nil tibi pro tua singulari pietate antiq̃us duxisti·nil tibi magis corde fore apertissimis documentis declarasti q̃z religionem christianam·sacrosanctamqꝫ Romanam ecclesiam cõtra truculentissimos eius hostes non solum tutari verum etiam propagare ꝛ amplificare· Quod vt comodiꝰ tibi succederet ad christiani orbis ꝛ Italie presertim pacem ineundam confirmandamqꝫ in primis animũ adiecisti· Exhortatus es efficacissimis ratiõibus dissidẽtes inter se chri

stiani nominis principes vt positis armis· compositisqꝫ controuersijs ⁊
vnitis viribus idem tecū velud membra cum capite aduersus Mahu-
metanos communes hostes cogitarēt atqꝫ sentirent· secutꝰ es pater cle-
mentissime veterem illam sacri concionatoris probatamqꝫ sententiam·
Si quispiam preualuerit contra vnum duo resistūt ei· funiculus triplex
difficile rumpitur· Audiuerunt te sapientissime commonentem ⁊ pro fi-
de catholica christianaqꝫ pace sanctam ipsorum conspirationem requi-
rentem Maximilianus cesar augustus· Ferdinandus ⁊ Elizabeth vtri-
usqꝫ Hispanie reges· Venetorum· Mediolanensiumqꝫ duces potentis-
simi terra mariqꝫ principes· Et vt obsequentissimi filij tibi cunctorum
principum patri atqꝫ magistro strictiori quadā peculiariqꝫ vinculo de-
uicti sanctissima in federa coiere· Aggressus es rem quidem grandē sed
minime nouam beatissime pontifex· ⁊ viam non insolitam sed apostolo-
rum ac sanctorum patrum· summorumqꝫ pontificum ⁊ predecessoꝝ tuo
rum frequentissimis calcatam vestigijs ambulasti· Memini me hoc sa-
cratissimo in loco dum beate recordationis Innocentius octauus initā
cum excellentissimo Venetorum senatu confederationem mihi promul
gandam demandasset· multis pro mediocritate mea rationibus· auctori
tatibus non paucis· innumeris deniqꝫ exemplis prolixa oratione cōpro-
basse Romanis pontificibus pro sua ⁊ huius sancte sedis tranquillitate
tuitioneqꝫ· ac religionis nostre securitate· ⁊ augumento particularia cū
christianis principibꝰ federa licita· consueta· decoraqꝫ semper extitisse
Que si nunc pergerem recensere nil aliud esset q̄ꝫ notissima huiꝰ sanctis-
simi cetus eruditissimis auribus non sine fastidio inculcare· Quis ē enī
tam iniquus rerum estimator qui non videat hac vnanimi tantorū prin
cipum coniunctione nihil ecclesie sancte dei hac potissimum tempestate
salubrius venire potuisse· Neminemqꝫ magis eam conciliare debuisse
q̄ꝫ summum omnium patrem atqꝫ pastorem· cui dn̄s populum suū pa-
scendum protegendumqꝫ commisit· Cui si contra impugnantes ecclesiā
equa potentia non adsit imperatores ⁊ principes seculi ex sacris tā quin
ti Carthagineñ· concilij q̄ꝫ Johannis octaui summi pontificis sanctio-
nibus opem ferre tenentur· Quare cum mihi succurrit horum serenissi-
morum principum tecum pater beatissime percussum fedus· succurrit ⁊
illa hisrahelitica historia· Venerunut omnes maiores natu israhel ad re
gem in Hebron ⁊ inijt Dauid cum eis fedus coram dn̄o· Sentio nanqꝫ
conuenientius te hos primarios christiani populi presides q̄ꝫ maiores
natu israhelitice plebis regem Dauid sacro illo elogio alloqui posse· Ti
bi dixit dn̄s deus tuus tu pasces populum meum israhel ⁊ tu eris prin-
ceps super eum· Percussum est preterea coram dn̄o fedus hoc cū ad in
iuriam nemini inferendam· cum ad res proprias| conseruandas· ad rem
pub· christianam defendendam exaltandamqꝫ fuerit sancitum· Vlteriꝰ
cōsidera queso si maiores vnq̄ꝫ· si potētiores· si religiosores si demū sapiē
tiores principes corā dn̄o vna cū christo eiꝰ in vnū cōuenere· Maximili-

mus cesar magni fortiqꝫ animo princeps·singulariqꝫ virtute preditus·
belli·pacisqꝫ artibus insignis paterno·vxorioqꝫ potentatui immensis·
Romani imperij viribus adiunctis nil aliud optare videtur q̄z de bea-
titudine tua·de hac sancta sede·de repub·christiana bene mereri·Nulla
est eni christianoꝝ principū tibi cōiunctior dignitas q̄z imperatoria·nul
la natio magis obnoxia q̄z germanica que ab hoc sanctissimo throno tā-
tū claritatis accepit·Translatum est a Leone eius nominis tertio sum-
mo pontifice a Grecis in Germanos imperiū·Gregorius·v·romanus
presul imperatoris electores Germanos instituit·Electus imperator a
Romano pontifice approbatur·prestitoqꝫ ipsi fidelitatis iuramento ab
eodem inungitur·consecrat̄ ⁊ coronat̄·Uos ambo estis duo illa magna
luminaria que eternus ille rerū omniū opifex in firmamento celi fabrica
uit sol videlicet ⁊ luna·In vniuersali siquidē ecclesia due constitute sunt
dignitates quibus principaliter hic mūdus administrat̄·prout ad Ana
stasiū imperatorē scribit Gelasius romanus antistes·Auctoritas sacra
pontificū·⁊ imperatoꝝ excelsa potestas·Uerū sicut luna illustrat̄ a sole
vt Mathematici volunt·ita imperatoria celsitudo summi pontificatus
splendore irradiat̄·Tua itaqꝫ vt te q̄zuis absentem appellem plurimū in
terest Maximiliane cesar ne hec sancta sedes peruersoꝝ hominū cupidi
tate·ambitioneqꝫ deprimat̄·Ne illa humiliata tu quoqꝫ pericliteris·et
ne (quod absit) vna cū Joele ꝓpheta dici ꝯtingat·Sol ⁊ luna obtenebra
ti sunt·Quod probe considerans diuus genitor tuus Fridericus religio-
sissimus impator ⁊ Basilieñ·ꝯciliabulū quod aduersus sanctā romanā
ecclesiam calcaneū erexerat ⁊ altare ꝯtra altare extruere nō expauerat ze-
lantissimo feruore disiecit ⁊ pestiferū neutralitatis virus quod totā fere
Germaniā infecerat penitus extinxit·Nunc tu cesar imitatus matrē tu
am pientissimā sacrosanctā apostolicā sedem ꝓcellosis fluctibus agita-
tam velut precipuꝰ eius filius atqꝫ defensor hoc nouo federe maiorez in
modum recreasti·q̄z bene duo hec maiora luminaria orbi terre ꝯiūctim
hodie conluxerūt vt ecclesia·pulchra vt luna·electa vt sol:terribilis vt ca
stroꝝ acies ordinata redderet̄·Succedunt illustrissimi Hispaniarum re
ges pater beatissime de quoꝝ diuinis ꝓpe laudibus si perpetua oratiōe
dicere instituerē dies ꝑfecto me deficeret:cū magnitudine sua longā po-
tius historiā q̄z breuē oratiunculā efflagitare videant̄·Quis est enī tan-
ta eloquentia:tanta eruditione preditus qui tam angusto dicendi spacio
eoꝝ res magnifice ac ꝓspere gestas nō dicam exornare sed cunctas enu-
merare queat pacatū ꝓpriū mira felicitate regnū:pulsi ex Betica Agare
ni:magno christianū nomē obprobrio liberatū opulentissimū christo re-
gnū dedicatū euulse hereses:eiecta iudaica cecitas:plantata catholica fi-
des:collapsa deo famulantiū restituta religio·Cunctoꝝ subditoꝝ mores
in meliꝰ emendati longissimos sane panegyricos exoptant·Quis vero
hoꝝ principū nō minus militie q̄z domi seruatā religionē:pietatē:iustiti
am:temperantiā:liberalitatē·Quis eoꝝ prudētiā: fortitudinē: cōstanti-

am dignis efferet preconnijs. Quis eoꝝ immensaꝫ potentiam explica-
bit. His ego vt paterno tuo in eos affectui morem gererem libentissime
immorarer ni me vocarent alij: ⁊ scirem me nihil noui esse dicturum: cū
sepenumero in hoc amplissimo consessu immortales eoꝝ laudes sum-
mo omniū applausu fuerint celebrate. Unum tamen nō silebo cum pro-
prium sit ⁊ peculiare Hispaniarum regibus aduersus christiani nomi-
nis hostes decertare: multa tibi gloriosa pro christiana repub. de ipsis li-
bere potes polliceri. Non opus est de ineffabili excellentissimi Senat9
Veneti in hanc sanctam sedem deuotione plura disserere: cum vniuerso
orbi perspectissima sit. Quis ignorat innatum esse venetis summos pō-
tifices colere: ipsos iuuare: ipsis federe iungi. Longum nimis esset Ro-
manos presules recensere quos Veneti maximis auxilijs difficilimis sa-
ne temporibus sunt prosecuti in vniuerso mundo predicaꝝ. Ipsiqꝫ parie-
tes eloquunꝝ restitutum a Venetis in Romanam sedem tercium nomi-
nis tui pontificem Alexandrum a quo sunt innumeris magnificentissi-
misqꝫ priuilegijs decorati. Predicātur vbiqꝫ terrarum Venetorū opes
grauitas: modestia: prudentia: constantia: magnanimitas: iusticia: fides
atqꝫ religio. Pro qua conseruanda soli aduersus impijssimos thurcos
cum sepe antea tum etate nostra diuturna: grauissimaqꝫ bella gessere.
Quamuis autem hanc sacram Romanam sedem cunctoꝝ christifideli-
um matrē atqꝫ magistram Veneti sp (vt diximus) propensa quadaꝫ ve-
neratione coluerint. Nunqꝫ tamen visi sunt tanto studio: tantoqꝫ ardo-
re quanto nunc ipsius materna vbera appetere: non alia (vt reor) de cau-
sa nisi quia hoc precelsum Alexandri nomen in oculis habere videntur.
quo siue pontifices siue imperatores insigniti clarissimi semper princi-
pes extitere. Supersunt preclara incliti Mediolanensium ducis com-
memoranda preconia: sed longiorem profecto ipsoꝝ splendidissima seri-
es expostulat orationem. Nemo est tamen qui nesciat maiores eius siue
priscos illos vicecomites siue auum Sfortiam seu Franciscum patrem
duo fulmina belli maximo huic sancte sedi sepenumero vsui adiumento
qꝫ fuisse. Si presertim vt ceteros preteream Martini quinti: Eugenij quar-
ti ⁊ Calixti tercij auunculi tui nunqꝫ sine honorifica doctrine sanctimo-
nieqꝫ prefatione nominandi summorum pontificum tempora inspice-
re voluerimus: Quibus ⁊ brachius Montonius: ⁊ Nicolaus fortebra-
chius: compluresqꝫ alij ecclesiasticam ditionem vexantes vsurpantesqꝫ
deleti sunt. Et demuꝫ Jacobus piceninus quietis Italie perturbator ex
Senensium ⁊ patrimonij beati Petri finibus profugatus. Hos emula-
tus Ludouicus mirifico sanctitatem tuam colit affectu. Adsunt huic prī-
cipi vires ingentes: Incredibilis prudentia. Rerum humanarum peri-
cia singularis. Magnifaciendus est certe vbiqꝫ locoꝝ: sed in Italia ma-
ximam sua virtute sibi peperit auctoritateꝫ. Leua igiꝝ vt te Esaie verbis
alloquar pater beatissime. Leua inquam oculos tuos ⁊ vide: omnes isti
congregati sunt: venerunt tibi principes orbis terre primarij incompa-

rabili pietate:se:suosqꝫ ⁊ cuncta que possident pro sacrosancta romana ecclesia:pro repub·christiana tuenda:amplificandaqꝫ tibi obtulerunt et dedicarunt· Tu vero tanta mansuetudine ⁊ charitate ipsos suscepisti vt hoc mutuo inter vos officiorum certamine reddar ambiguus· An illorũ erga te obseruãtia potius:an tua erga illos benignitas eximia· reliquos orbis reges ad hoc sanctissimum fedus recipiendum sit prouocatura· sꝫ cortina proculdubio cortinam trahet· Non patientur se tanta gloria priuari· francorum presertim rex Carolus christianissimus: qui ⁊ longe antea ⁊ nunc magis quo vicinior est hanc sanctam necessariamqꝫ in Thurcos expeditionem tota mente affectare videtur· Quem vt multo vehemẽtius ad hoc animares:tu quoqꝫ senectutem tuam tam gloriosis pro christi nomine suscipiendis laboribus obtulisti· Pugnabunt alij contra salutifere crucis inimicos:tu vero pater clementissime secutus Moysen: quem nobis auctoritate refers· Eleuatis manibus cum sacerdotibus tuis deum patrem omnipotentem orabis:fietqꝫ ita populo christiano te orante victoria:sicut leuante manus Moyse vicit Israhel Amalechitas Quod ita futurum euidentissimum datum est nobis signum a domino Neqꝫ enim:vt arbitror temere voluit ꝙ hodierna Palmarum celebritate hoc sanctissimum fedus redderet illustrius:nisi quia certam nobis ex eo victoriam pollicetur· Si enim cesos hodierne festiuitatis ex arborib⁹ ramos in Matheo legerimus euangelista:gaudium illico nobis ex illa viriditate representatur· Si vero Palmarum ramos acceptos audiuerimus ex Johanne mortis eius qua mortem nostram superauit: victoria nobis Augustino teste significatur:qua iuxta diuinum apostoluꝫ saluator noster expolians principatus ⁊ potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso:quem triumphum ex visibilibus religionis nostre hostibus in hoc seculo:⁊ ex inuisibilibus in futuro cunctis christifidelibus prestare dignetur qui est benedictus in secula seculorum Amen·

Finis



LEXANDER epūs seruus seruo℞ dei· Uniuersis chri
sti fidelibus presentes litteras inspecturis Salutez ⁊ apo
stolicam benedictionem· Quoniam pro communi christi
ano℞ beneficio curaqz ac totius Italie quiete· quam i pa
cis amenitate confirmari peroptamus auctore domino li
gam ⁊ confederationez inter nos ⁊ charissimos in christo
filios nostros Maximilianum Romanorum· ac ferdinā
dum ⁊ Elizabeth Hispaniarum reges ⁊ reginam· Illustres ac dilectos
filios: nobiles viros Augustinum Barbadico· ac inclitum dominiū Ue
netiarum· ⁊ Lodouicum Mediolani duces initam ⁊ conclusam in proxi
ma futura dñica celebritatis Palmarum publicari ordinauimus: vt ipa
dies maiori etiam celebritate decoretur vt Senatum ac populum ipsum
Uenetum quem paterna charitate complectimur spirituali consolatiōe
et celestibus donis afficiamus de omnipotentis dei misericordia ac bea
torum apostolorum eius Petri ⁊ Pauli auctoritate confisi omnibus et
singulis christifidelibus qui misse in publicatione huiusmodi lige ⁊ con
federationis facte per aliquem catholicum antistitem in ecclesia sancti
Marci Ueneciarum solenniter celebrande ⁊ benedictioni per eundez lar
giende intererint ⁊ ecclesiam ipsam per dictam diem deuote visitauerint
plenariam indulgentiam peccatorum omnium in forma ecclesie consue-
ta tenore presentium concedimus pariter ⁊ largimur presentib⁹ post di-
ctam diem minime valituris· Datum Rome apud sanctum Petruz an
no incarnationis dñice· M·cccc·xcv·viij· Idus Aprilis Anno tertio·

